

**Zeitschrift:** Innerrhoder Geschichtsfreund

**Herausgeber:** Historischer Verein Appenzell

**Band:** 50 (2009)

**Artikel:** Appenzeller Urkundenbuch : Nachträge. 4. Teil

**Autor:** Weishaupt, Achilles

**DOI:** <https://doi.org/10.5169/seals-405446>

### Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

### Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

### Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

**Download PDF:** 08.08.2025

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

# Appenzeller Urkundenbuch

## Nachträge (4. Teil)

Achilles Weishaupt

### 158a 1400 Mai 26. (Appenzell)

*Heinrich Zirker, Titulaturbischof von Thermopylen und Weihbischof in Konstanz, weiht in der Pfarrkirche von Appenzell einen Seitenaltar ein.*

Anno Domini m<sup>o</sup>cccc<sup>o</sup> die vicesima sexta Maii inductione viii<sup>a</sup> consecratum est hoc presens altare per reverendum in Christo patrem dominum Hinricum<sup>1</sup>, apostolice sedis gratia episcopum Termopilensem <et> reverendi in Christo patris ac domini Marquardi<sup>2</sup> eiusdem <sup>A</sup>gratia<sup>A</sup> episcopi Constantiensis vicarium, in pontificalibus generalem in honorem sanctorum Martini episcopi et confessoris, Jodoci et Wandalini confessorum. Reliquie vero in eo recondite sunt beatorum Thymothei martiris, Marie Magdalene et undecim milium virginum.

Dedicatio autem ipsius altaris ex iusta et rationabili causa translata est in proximam dominicam post festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum anno<sup>B</sup> perpetue celebranda omnibus quoque Christiani nominis professoribus, qui ad diem prefatum dedicationis videlicet altaris convenerint causa devotionis vere penitentibus et contulis de in iunctis peniis xl dies <sup>C</sup>ceremonialium<sup>C</sup> et centum venialium et unam karrenam misericorditer in Domino relaxavit easdem etiam indulgentias in festibus patronorum predictorum atque sanctorum, quorum reliquie ut premittitur in altari includuntur nec non in omnibus et singulis festibus domini nostri Jhesu Christi necque genitricis Marie et omnium apostolorum Christi simili est largita.

<sup>A-A</sup> Lesung unsicher, evtl. cardinalis.

<sup>B-B</sup> Lesung unsicher.

<sup>C-C</sup> Lesung unsicher, evtl. criminalium.

<sup>1</sup> Heinrich Zirker (Circker) (†1415), Zisterzienser, Titularbischof von Thermopylen in Griechenland, 1385–1411 Weihbischof in Konstanz. Vgl.: HS I/2. T. 2, S. 509–510.

<sup>2</sup> Marquard von Randegg, 1398–1406 Bischof von Konstanz.

*Altes Archiv der röm.-kath. Pfarrei St. Mauritius Appenzell, Depositum im Landesarchiv von Appenzell I.Rh., Abschrift (Pergament) im Appenzeller Missale, fol. 3r (Kalendar), Z. 4.–9. u. 10.–19. Mai, 31,0 x 22,0 cm; vgl.: Euw Anton von, Bischofberger Hermann, Das Appenzeller Missale. Eine illuminierte Handschrift des 12. Jahrhunderts, mit Beiträgen von Anton von Euw, Johannes Duft, Erika Eisenlohr, Hermann Bischofberger u. Stefan Sonderegger =Innerrhoder Schriften, Bd. 11, Appenzell 2004, S. 273 (Druck); Kdm AI, S. 145–146 (Lit.).*

### **1619a 1513 Oktober 8.–11. (Appenzell)**

*Balthasar Brennwald, Titularbischof von Troja und Weihbischof in Konstanz, weiht in Appenzell die Pfarrkirche, acht Altäre der Kirche, den Friedhof sowie die Unterkirche und deren Altar ein.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Sciendum et notandum, quod sub anno à nativitate domini 1513 die octava mensis Octobris reverendissimus in Christo pater ac dominus Balthasar<sup>1</sup> ordinis fratrum praedicatorum, episcopus Troianus et suffraganeus Constantiensis, insignia pontificalia exercens in ecclesia parochiali ss. Mauritii sociorumque eius in territorio Appenzell, diocesis Constantiensis, tria alteria conferravit: primum in angulo dextri lateris ecclesiae eundo versus chorum, secundum in eodem latere iuxta gradus, quibus itur in chorum, tertium in medio ecclesiae ante chorum. In quorum autem sanctorum honorem haec tria altaria consecrata fuerint, dicetur intra, ubi de eorundem re-consecratione agetur. Die verò nona mensis Octobris supradicti anni 1513 idem reverendissimus ut supra consecravit chorum de fundo novo constructum in honorem ss. Mauritii sociorumque eius et reliquam partem extra chorum eiusdem ecclesiae reconciliavit. Altare verò in choro consecravit in honorem ss. Mauritii sociorumque eius, omnium apostolorum, Joannis Baptiste, Trium Regum, Conradi, Theodoli episcoporum, Dorotheae virginis et martyris et Mariae Magdalena. Quod altare huiusque integrum inviclatumque permanxit. Deinde die decima supradictorum mensis et anni idem reverendissimus ut supra post reconciliationem coemeterii eiusdem ecclesiae parochialis et consecrationem alicuius partis circa domum sororum pro novo coemeterio in dicta ecclesia alia quatuor altaria extra chorum consecravit, ut pote altare s. Crucis, altare ss. Trinitatis iuxta gradus, quibus intratur in chorum à latere sinistrò, altarae b. Mariae in angulo lateris sinistri et altare s. Anna propè portam in latere sinistro. In quorum praeterea sanctorum honorem iam dicta altaria consecrata fuerint, infra patebit in eorundem re-consecratione. Demum undecima die mensis et anni ut supra idem praedictus reverendissimus etc. consecravit capellam sub choro in honorem s. Elogii<sup>2</sup> episcopi et confessoris, altare eiusdem capellae in honorem ss. Elogii episcopi, Stephani prothomartyris, Silvestri papae, Martini episcopi, Leonhardi abbatis, Alexii et Onoffrii confessorum, Theodoli episcopi et decem millium martyrum, Jeorgii martyris, Crispini et Crispiani martyrum, Caeciliae virginis et martyris et Petronellae virginis. Haec omnia transumpta sunt ex literis consecrationum supradictorum ab eodem reverendissimo in Christo patre ac domino Balthasare, episcopo Troiano et suffraganeo Constantensi, in horum omnium testimonium erectis et sigillo suo pontificali appresso roboratis, ut patebit intuenti illas.

<sup>1</sup> *Balthasar Brennwald (Brenwalt), Dominikaner, 1491–1517 Titularbischof von Troja in Kleinasiens, 1500–17 Weihbischof in Konstanz. Vgl.: HS I/2. T. 2, S. 515.*

<sup>2</sup> Häufigere Schreibweise: Eligius.

*Altes Archiv der röm.-kath. Pfarrei St. Mauritius Appenzell, Depositum im Landesarchiv von Appenzell I.Rh. (Signatur: PA 228a), Abschrift (Pergament) im Jahrzeitenbuch von 1566, fol. 0v, 39,5 x 30,2 cm, Ersteller der Abschrift der Urkunde: Georg Schiess, von Kisslegg im Allgäu (D), laut Taufbuch von Appenzell Pfarrer in dort vom 2. Januar 1589 bis zum 11. November 1590; vgl.: Kdm AI, S. 147; Stark Franz, 900 Jahre Kirche und Pfarrei St. Mauritius Appenzell, Appenzell 1971, S. 8–10.*

### **3942a 1590 Juli 23.–25. (Appenzell)**

*Balthasar Wurer, Titularbischof von Askalon und Weihbischof in Konstanz, weiht in Appenzell die Pfarrkirche mit ihren Altären und Glocken, drei Kapellen mit ihren Glocken (die Heilkreuzkapelle, das Beinhaus und die Kapelle von Steinegg) sowie die Glocken des Kapuzinerklosters ein und nimmt die Spendung der heiligen Firmung an ungefähr 1500 Personen vor.*

Caeterum sub anno à partu virginis MDXC die verò 23 Julii reverendissimus in Christo pater ac domine Balthasar<sup>1</sup>, episcopus Ascolonensis et suffraganeus Constantiensis: post consecrationem ecclessiae reverendorum patrum et fratrum cappucinorum<sup>2</sup> de novo constructae et duorum in ea altarium unà cum coemeteriolo eidem ecclessiae contiguo vigesima secunda die mensis Julii celebratam altera subsequenti die de novo reconsecravit septem illa altaria in ecclesia parochiali extra chorum posita, quorum suprà mentio facta est et quae ex incendio, quo ante annos circiter triginta totus hic pagus Abbatiscellensis miserè conflagrabat,<sup>3</sup> partim deformata et partim omnio destructa fuerunt, in eorundem sanctorum honorem, in quorum antea consecrata fuerant, qui verò ii sint, vide in subsequentibus foliis 23, 28, 35, 38, 49, 51, 60<sup>4</sup>. Deinde hisce peractis eadem die 23 mensis Julii consecravit pro novo coemeterio, eam partem in qua antea erat domus sororum, relicta tamen aliquo portione profana pro sepelientis haereticis, eaque est versus flumen iuxta murum in recta linea descendendo à loco sepultura puerorum non baptizatorum, ut ex signis ibidem positis dignosci poterit. Praeterea die 24 eiusdem mensis et anni finita consecratione trium altarium, unus quidem in capella Überibrugg<sup>5</sup> et duorum in sacello ossorii<sup>6</sup>, antiquum coemetrium reconciliatum fuit. Ad extreum die 25 eiusdem mensis et anni primùm consecratae fuerunt omnes campanae parochialis ecclesiae et reliquarum extra eam capellarum videlicet s. Crucii<sup>7</sup>, ossorii<sup>6</sup>, Überibrugg<sup>5</sup> ac etiam monasterii capucinorum<sup>2</sup> (et sunt anavero duodecim), tum demùm eadem die altare, quod est in sacello s. Crucis<sup>7</sup>. Istis praenominatis diebus consecrationum supradictorum circuitè 1500 homines sacrosanctam crismatis unctionem sive confirmationem suscepérunt. Haec omnia et reliqua in Paulò ante assignatis locis contenta de dedicationibus et consecrationibus praedictorum. Ego Georgius Schiessius<sup>8</sup>, Kisslegensis<sup>9</sup>, aliquandiù sub Gregorio XII.<sup>10</sup> summo pontifice collegii Germanici<sup>11</sup> in alma urbe Roma alumnus. Tunc temporis, quo haec facta et scripta sunt, indignus animarum pastor in Abbatiscella. Sic annotare

nolui, ut in posterum futuris temporibus certa horum omnium notitia habeatur.  
Sit laus Deo ac deiparae virginis Mariae.

*Anhänge:*

*1. Die in der Urkunde erwähnten Stellen im Jahrzeitenbuch von Appenzell, die Bezug nehmen auf die Weihe der Seitenaltäre in der Pfarrkirche und des oberen und unteren Altares im Beinhaus:*

A) Fol. 23v (7. Mai: Daniel), *in der Pfarrkirche auf der rechten Seite in der Ecke:* Dominica proxima post festum ss. apostolorum Philippi et Jacobi celebratur dedicatio altaris in angulo dextri lateris eundo versus chorū. Hoc altare consecratum fuit sub anno Domini 1590 die verò 23 mensis Julii à reverendissimo in Christo patre ac domino Balthasarō<sup>1</sup>, episcopo Ascalonensi et suffraganeo Constantiensi, ad laudem Dei et honorem ss. Michaelis archangeli et omnium angelorum, Wendelini, Martini et Jodoci confessorum. Reliquiae sanctorum inclusae sunt ss. Ursi martyris, Pauli heremitae, undecim millium virginum et aliorum.

B) Fol. 28v (6. Juni: Benignus), *in der Pfarrkirche in der Mitte vor dem Chor und auf der linken Seite in der Ecke:*

Dominica in octava Pentecostes est dedicatio altaris medii ante chorū in ecclesia parochiali. Hoc altare consecratum fuit sub anno Domini 1590 die verò 23 mensis Julii à reverendissimo in Christo patre e domino Balthasarō<sup>1</sup>, epicopo Ascalonensi et suffraganeo Constantiensi, in honorem beatissimae Mariae virginis, ss. apostolorum Petri et Pauli, Catharinae et Barbarae virginum et martyrum. Reliquiae in eo inclusae sunt de sanctis Philippo apostolo, Gangolpho et Catharina et aliis.

Feria secunda post octavam Pentecostes est dedicatio altaris b. Mariae virginis in angulo sinistri lateris ecclesiae parochialis, quod eodem tempore et ab eodem episcopo ut superius de quo immediate hic dictum est. Consecratum fuit ad laudem Dei et in honorem beatissimae Mariae virginis, ss. arum Agnetis, Apolloniae, Ursulae cum sodalibus virginum et martyrum et Ottiliae virginis. Reliquiae in eo inclusae sunt de sanctis Urso martyre, Oswaldo et Agneta virgine et martyre et aliis, quorum nomina Deus novit.

C) Fol. 35v (15. Juli: Margareta virgo), *in der Pfarrkirche auf der rechten Seite beim Taufstein:*

Dominica ante festum s. Mariae Magdalene est dedicatio altaris in capella s. Crucis, quod consecratum fuit anno salutatis 1590 die verò 25 mensis Julii à reverendissimo in Christo patre ca domino Balthasarō<sup>1</sup>, episcopo Ascalonensi et suffraganeo Constantiensis, in honorem s. Crucis et ss. quatuordecim auxillia-

torum. Reliquiae in eo inclusa sunt de ss. Oswaldo, Theodolo, Wibrada et aliis, quorum nomina Deus novit.

*D) Fol. 38r (30. Juli: Abdon et Sennen), in der Pfarrkirche auf der linken Seite bei der Türe:*

Dominica post festum s. Annae est dedicatio altaris s. Annae in sinistro latere ecclesiae parrochialis. Hoc altare consecratum sub anno salutis 1590 die verò 23 mensis Julii a reverendissimo in Christo patre ac domino Balthasaro<sup>1</sup>, episcopo Ascalonensi et suffraganeo Constantiensi, in honorem ss. Annae et Jochimi, parentum virginis Mariae, Laurentii, Pelagii, Valentini martyrum, Udalrici et Dominici confessorum, et Clarae virginis. Reliquiae in eo inclusae sunt de sanctis Laurentio, Theodolo, Caeciliae et aliis, quorum nomina Deus novit.

*E) Fol. 49r (1. Oktober: Remigius), im Beinhaus der obere und untere Altar, in der Pfarrkirche auf der Seite bei der Chorstufe:*

Dominica post festum s. Michaelis est dedicatio trium altarium: duorum in ossorio et unius in ecclesia parrochiali à dextro latere iuxta gradus, quibus itur in chorum. Hac tria altaria consecrata fuerunt sub anno Domini 1590 die verò 23 mensis Julii, illud testium, quod est in ecclesia maiori, sed reliqua duo in ossorio, die 24 eiusdem mensis à reverendissimo in Christo patre ac domino Balthasaro<sup>1</sup>, episcopo Ascalonensi et suffraganeo Constantiensi, ad laudem et gloriam Dei omnipotentis. Primùm quidem altare in superiori sacello ossorii<sup>6</sup> in honorem ss. orum Michaelis archangeli, omnium archangelorum et angelorum. Reliquiae in eo inclusae sunt de sanctis Foelice in pincis, Romano abate, Emerica virgine et aliis. Alterium altare in inferiori parte ossorii<sup>6</sup> in honorem ss. Gregorii magni papae, Hieronymi, Ambrosii et Augustini doctorum ecclesiae. Reliquiae in eo inclusae sunt de sanctis Dionisio, episcopo beato [...] «Corinthiorum», Barbara virgine et martyre et aliis. Tertium denique altare in ecclesia maiori ut suprà in honorum omnium sanctorum et singulariter ss. Christophori, Blasii, martyrum, Anthonii abbatis, Bernhardi, Francisci confessorum, Mariae Magdalene, Agathae et Margaretha virginum et martyrum. Reliquiae in eo inclusae sunt de sanctis Laurentio, Oswaldo, Wibrade et aliis, qorum nomina Deus novit.

*F) Fol. 51v (14. Oktober: Calixtus papa et martyr), in der Pfarrkirche auf der rechten Seite beim Taufstein:*

Dominica proxima ante festum s. Galli et dedicatio altaris s. Crucis in latere dextro ecclesiae parrochiali propè baptisterium siti. Hoc altare fuit consecratum sub anno Domini 1590 à redissimo in Christo patre et domino Balthasaro<sup>1</sup>, episcopo Ascalonensi et suffraganeo Constantiensi, die 23 mensis Julii: primum ad laudem et gloriam Dei omnipotentis, deinde in honorem s. Crucis, ss. Sebastiani, Viti, Cosmae, Damiani martyrum, s. Galli confessoris, ss. Christianae et

Wibradis virginum. Reliquiae sanctorum in incluae sunt ss. Laurentii, Oswaldi, Wibradis et aliorum, quorum nomina Deus novit.

G) Fol. 60v (2. Dezember: Bibiana virgo), *in der Pfarrkirche auf der linken Seite bei der Chorstufe:*

Dominica post festum s. Andreea erit dedicatio altaris s.tissimae Trinitatis in sinistro latere ecclesiae parochialis iuxta gradus, quibus intratur in chorum. Hoc altarum consecratum fuit sub anno Domini 1590 die 23 mensis Julii à reverendissimo in Christo patre ac Domino domino Balthasaro<sup>1</sup>, episcopo Ascalonensi et suffraganeo Constantiensi, in honorem sanctissimae Trinitatis et ss. Joannis Evangelistae, Andrae apostolic, Henrici, Bernhardini, Hieronymi et Othmari confessorum, Fidis et Verenae virginum. Reliquiae in eo inclusae sunt de sanctis Andrea apostolo, Theodolo, Barbara et aliis, quorum nominia Deus novit.

2. Weitere Stellen im ältesten Jahrzeitenbuch von Appenzell, die in Zusammenhang mit der Urkunde zu sehen sind.

A) Fol. 29r (10. Juni: Onofrius), *Weihe des Altares unter dem Chor in der Pfarrkirche:*

Dedicatio in altari sub choro.<sup>13</sup>

B) Fol. 30v (18. Juni: Marcus et Marcellianus martyres), *Weihe der Kapelle und des Altares unter dem Chor in der Pfarrkirche:*

Dominica proxima ante nativitatem s. Joannis Baptiste; est dedicatio sacelli et altaris s. Elogii sub choro; de reliquis patronis et alliis notandis, vide suprà in initio.

C) Fol. 36v (23. Juli: Appollinaris martyr), *Weihe der Klosterkirche des Kapuzinerklosters Mariä Lichtmess und der Kapelle St. Maria Magdalena in Steinegg:* Dominica post festum s. Mariae Magdalene: est dedicatio ecclesiae monasterii fratrum cappucinorum<sup>2</sup>; <sup>A</sup>est quoque dedicatio altaris capellae in Überybrugg<sup>5A</sup> prima dominica post festum s. Bartholomei apostoli.

A) Fol. 46v (16. September: Eufemia · Lucius et Geminianus martyres), *Weihe der Pfarrkirche und ihres Hochaltares:*

Dominica proxima post exaltationis s. Crucis celebrandus est dies dedicationis ecclesiae parochialis et altaris in choro ss. Mauritii et sociorum eius, qui praeterea patroni sunt, in initio huius libri annotatum est.

B) Fol. 46v (17. September: Lampertus martyr). *Weihe der Pfarrkirche:*

Est quoque anniversarius dies dedicationis ecclesiae parochialis ss. Mauritii et sociorum eius.

A-A Gestrichen.

- 1 *Balthasar Wurer (†1606), 1574–1606 Titularbischof von Askalon, 1574–98 Weihbischof in Konstanz. Vgl.: HS I/2, T. 2, S. 517–519.*
- 2 *Kapuzinerkloster Mariä Lichtmess, Appenzell, Bez. Appenzell AI. Zur Weihe der Klosterkirche mit Altar und Totenkapelle zu Ehren Mariä Reinigung, am 22. Juli 1590, vgl. auch: AUB, Nr. 3943 vom 25. Juli 1590, S. 789 (Regest); Helvetia Franciscana 3 (1934), S. 150 (Edition der damals beschädigten und nun renovierten Urkunde). Die Weiheurkunde befindet sich heute im Klosterarchiv des Kapuzinerklosters Appenzell (KIA ACap. Appenzell); nach P. Rainald Fischer soll es sich bei ihr um eine defekte Kopie des 17. Jahrhunderts handeln (Kdm AI, S. 228, Anm. 7), nach P. Beda Mayer hat man es hier aber mit einem Original zu tun (HS V/2, T. 1, S. 152, Anm. 6).*
- 3 *18. März 1560.*
- 4 *Transkription im ersten Anhang zur Urkunde.*
- 5 *Kapelle St. Maria Magdalena, Steinegg, Bez. Rüte AI.*
- 6 *Ehemaliges Beinhaus der Pfarrkirche von Appenzell, Bez. Appenzell AI.*
- 7 *Heiligkreuzkapelle, Appenzell, Bez. Appenzell AI.*
- 8 *Georg Schiess, 1589–90 Pfarrer in Appenzell.*
- 9 *Adjektiv zu Kisslegg im Westallgäu (Lkr. Ravensburg, Baden-Württemberg, D).*
- 10 *Gregor XII. (1502–1585), Papst von 1572–1585.*
- 11 *Collegium Germanicum, Priesterseminar in Rom, dort 1580 zusammengelegt mit dem Collegium Hungaricum.*
- 12 *Von anderer Hand.*

*Altes Archiv der röm.-kath. Pfarrei St. Mauritius Appenzell, Depositum im Landesarchiv von Appenzell I.Rh. (Signatur: PA 228a), Abschrift (Pergament) im Jahrzeitenbuch von 1566, fol. 0v sowie 23v, 28v, 35v, 38r, 49r, 51v u. 60v (Anhänge), 39,5 x 30,2 cm, Ersteller der Abschrift der Urkunde: Georg Schiess, von Kisslegg im Allgäu (D), laut Taufbuch von Appenzell vom 2. Januar 1589 bis zum 11. November 1590 als Pfarrer von Appenzell belegt; vgl.: Kdm AI, S. 158–159, 224, 228 u. 450 (Lit.); Stark Franz, 900 Jahre Kirche und Pfarrei St. Mauritius Appenzell, Appenzell 1971, S. 12, 20–23, 46 u. 59 (Lit.).*